Daventriam per Conelium licentiam reversus nova cum haereticis post
paucos dies auspicatus iurgia denuo invitis consanguineis discedere coactus fuit
ac tunc Embricam appulit ubi singularem cum Comite Lamoralio Hegmon-
dano contraxit familiaritatem ut aurem dono dederit torquem cum pendula
sui icone et gladium cum pugione haud vulgaris preci et fructum ma-
gnum cornicule rinocerontis, pluribus quod cum mansisset diebus inde
in Brabantiam abijt sperans se veteres ibi familie vindicaturum facultates
Sed Nuntius adversas ostendit et eidem Illuminato epistolas in tanta ducis
Roma ad ipsum descriptas que res causa fuit ut intentato negotio disces-
serit, Appulit circa idem tempus alia ad Illuminati manus epi-
stola ammonuli [illegible] que tremae et sese in iurisse imperabat nullo
modo in patriam Celinagi rep in Italiam rediret. Eiusdemque
ostentatione sybaritica omnia se Lynceorum arcana scire fingebat
et rerum Lynceorum ruinam predicabat exhortando Moxurum
omnino caveret a tali in posterum consortio nisi sui intentum po-
stularet, que omnia Illuminatus Celinago per literas si-
gnificavit interim ab eo nullas literas accepit. Princeps quo-
que in urbe primas literas que ad eius pervenere manus circa
hoc tempus habuit. Profectus enim eo tempore ad Sinum extra
urbem Monticellorum castrum ibi heremitica vitam dege-
bat et quotidie investigato literas in urbe per [illegible] demanda-
bat, tunc vero ibi primam attigit. Erat hoc circiter mensem Octo-
bris, quo etiam loco thesauri ibi effodiendi occasionem auspicatus fama
enim erat diuturna asservari ibi magnam auri copiam, dum igitur ita
aulicorum insidijs premeretur ut nihil agere posset hoc tamen agit
ipsis etiam admodum invitis, reliquo tempore omnem in literis et stu-
dij palestra operam navabat. Nullam enim vero aliam ob ra-
tionem rus accesserat nisi ut a domesticis famulorum praecertum
se separaret versutijs et tranquillius degeret. Interim quoque Eli-
sabeth clam nocturno tempore ad se convocavit advenit ille ac ci-
tra Celinagi palatium Principem allocutus ubi de rebus lynceis bre-
viter consultum quid fieri posset in diligentiorem rerum conserva-
tionem praesertim adrem de patre lapsis, narrata quamplurima que
literis committi non poterant et ad Illuminati discessum absenti-
amque spectabant. Ceterum eodem tempore dum hec ibi agerentur
profectus est Illuminatus Coloniam illicque quam primum Lapsitio
adijt ad eum etiam literas contra ipsum scriptas esse intellexit ut
nec ibi tutus videretur, habuit et ibi Celinagi epistolas alias ac ad
ipsum scripsit. Visitavit Bellerum et alios Coloniae viros doctos, inde con-
tra Rheni defluvium navim conscendit, sed sequenti die a militibus
praedonibus male tractatus omnibusque expoliatus fuit, que res non plane